XXXV
Georgii
BENIGNI
Proph. Solut.
Flor. 1497.






ABULI

Nazionale
Firenze


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

XXXIV

Georgii BENIGNI

Proph. solu.

Flor. 1497

INCUNABULI

B

6

4

Biblioteca Nazionale

Centrale - Firenze

FRANCISCI

CAESARIS AVGVSTI

MVNIFICENTIA.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

739.

¶PROPHETICAE SOLVTIONES GEORGII BENIGNI ORDINIS MINORVM



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

¶ Georgii Benigni propheticæ solutiones ad Vbertinum Risalitum.

c Ontendisti a me Vbertine Risalite/ut opinionem meã circa futuram ecclesiæ Christi renouationem aperirem: & dubia quæ circa prophetarum nouorum emergunt oracula explicarem. Arduam prouinciam me suscipere coegisti/ & in manus inuidorum & detractorũ incidere. Quos equidem ut euitarem: iussa tua totiens repetita/ exequi timueram: & ut Ionas a facie domini fugere decreueram. Verum tantas uires habuerũt nouissimæ litteræ tuæ/ & amor meus in te sũmus & Ragusinæ ciuitatis adhortamenta: ut præordinatæ gratiæ amplius resistere non ualuerim. Accepto itaq; calamo quæcunq; menti in his quæ postulabas/ ex tempore occurrerunt: litteris mãdaui: eaq; celerrime exarata ad te misi: teq; interrogantem ac si sermo coram haberetur introduxi. Quæ si tibi non insuauia fuerint propheticarum solutionum delibamenta: ubi græcos ad me peripatheticæ doctrinæ codices miseris: gustabis nouarum inuentionum fruges. Qui uberrimi ut reddantur: tuæ/ Vatisq; nostri orationes sacratissimæ præstabunt. Sed iam ad rẽ ipsam accedamus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

Caput primum.

Vbertinus.

SCIRE CVPErem mi pater Benigne: an uerũ sit quod pleriq; dicunt: imo & publice interdum prædicãt: prophetas in lege noua nõ esse admittẽdos: qa Saluator inquit. Lex & prophetæ usq; ad Ioannem. BENIGNVS. Admodum inertes & pinguis mineruæ sunt Vbertine dulcissime eiusmodi homines & paruæ uel nullius memoriæ. Quid enim de Ioãne: qui apocalipsim scripsit: dicetur? non ne prophetia eius/de casibus christianæ reipu. manifeste extat? VBER. Dicent forsan prophetias usq; ad ipsum Ioãnem includendo fuisse: sed mihi uidetur/Saluatoris uerba de Ioanne baptista esse intelligenda. BENIG. Immo de ipso/ut liquet Codicem sancti euangelii inspicienti. VBER. Si ergo usq; ad Ioannem baptistam prophetæ uel includendo ipsum uel excludendo nõ est mihi curæ/quia ipse plus q̃ propheta. Quo pacto alter Ioãnes multis annis post ipsum prophetauit? Si enim post illum Ioannem/propheta alter Ioannes superuenit: quo pacto ueritatis uerba uera esse poterunt? BENIGN. Nosti omnia testamẽti ueteris in testamentũ nouũ ordinari. Omnia enim in figura contingebant. Et prophetia certo sicut & sacerdotium atq; tabernaculum/& omnia: quæ ad illam seruitutem pertinebant: aduenìente ueritate explosa sunt/uel in meliora potius cõuersa/manẽt enim sicut signa in significatis: uel imperfecta/aut bona in illis: quæ optima. Quæ enim quouis modo dicebantur (Nam & figuræ uerba quædã sunt)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

impleta sunt: Vnde idem dominus & saluator no ster accepto in cruce aceto inquit, Cõsumatum est. Prophetiæ igitur de aduentu filii dei & lege sua, le ge inq̃ amoris usq; ad Ioannem. Ille enim ultimus tempore: primus gratia prophetauit, & quem præ dixit, uenturum adesse mõstrauit. VBER. Posset forsan dici illos per anthonomasiam fuisse prophe tas, qui salutem omniũ hominum uaticinabãtur: & ita cessauit prophetia excellẽtissima. BENIG. Quẽadmodũ per legẽ absolute lex uetus: quia si milior timori q̃ amori: per gratiam, lex noua: quia amori q̃ timori conformior designatur, ita & ꝓphe tiæ nomĩe absolute illa ꝓphetia: quæ de Redemp tore uẽturo erat denotatur. VBER. Lex noua ue terem præcellit. Cur ergo prophetia uetus dignior q̃ noua? BEN. Quia de dignissimo erat, & de illo qui est sancta sanctorum. VBERTINVS. Cum & Ioãnes & Methodius martyr & Ioachinus abbas & beata (ut ferunt) Brigida & multi alii in lege noua prophetarint: cur hi non dicũtur prophetæ? neq; illius æstimationis sũt: cuius illi priores, cum tamen omnes eodem spiritu sint locuti? BE. Cre do id eam ob rem euenire: quia nil tum nobilius prophetia erat: sicut nũc nil perfectius historia. Illi uaticinabantur salutem, nos experimur & narra mus eã uenisse: illi futurum sperabant: nos præteri tum & præsentem semper amamus: tunc prophe tia optimum omnium, nunc euangeliũ. Præteritũ nunc perfectius. Futurũ uero olim erat nobilius. Idem enim & illi prophetabant, & nos euangeliza mus. In utroq; itaq; statu qui de Christo contem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

plantur/cunctis præstãt. Quia ergo prophetiæ no
stræ non sunt de promissi Saluatoris aduentu: sed
de membrorum & sæpius putridorum uario euen
tu/non mirum si parui uel longe minoris excellen
tiæ sint nostri q̃ antiqui illi prophetæ. Illa enim
quæ tum maxima: nunc sunt minima. Cum itaq;
homines christiani plurimis effulgeant uirtutum
prærogatiuis longe prophetia illustrioribus: hoc
donum apud eos minimum reputatur: neq; sanc
tos suos inde appellãt. VBERTINVS. Accipio
etiã prophetas eo præclariores esse: quo magis egre
gia magisq; profutura prædicũt. Sed noster hic pro
pheta: quem nosti: cuiq; semper faues: pene similia
his: quæ prisci uaticinabantur/prædicit. Futurã ui
delicet salutẽ omniũ gẽtium ĩ Christo. Vaticinatur
& nouas nuptias agni & totius orbis ad ueritatem
fidei accessionem/unum pastorem unico ouili præ
ficiendum manifeste proclamat. BENIGNVS.
Excellentiora sunt hæc uaticinia: q̃ quæ de regno
rum amissione/aut adeptione/siue de bellis geren
dis ac aliis huiusmodi prædicunt.

Caput Secundum.

VBERTINVS.

q Vanuis hæc ita sint/non desunt tamen qui
dicant ꝓphetias præsentes nullius momen
ti esse/ita inducẽtes. Omne/quod frustra fit/uanũ
& inutile est. Sed hæ prophetiæ frustra fiũt: igitur
inutiles & uanæ sunt. Quod frustra fiant/patet ex
eo/qa frustra fit ꝑ plura/quod æque bene põt fieri
ꝑ pauciora/ex primo de auditu physico. Sed oĩum
catholicorum sententia Ioannes in Apoc. prædixit



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

statum ecclesiæ tã nascẽtis q̃ occidentis uel potius in melius reformãdæ. Ad quid ergo alii ꝓphetæ? Confirmatur rõ. Nã aut ꝓpheta nouus dicet eadẽ/ & sic frustra: aut alia/ & sic addet ibi dictis/ & incidet in maledictionis sentẽtiã. Qui.n. apposuerit ad hæc/ apponat sup eũ deus plagas: quæ scriptæ sunt i libro isto inquit ioannes. BEN. Isti non recte sentiunt. Queãdmodũ enĩ nugatio apud dialecticum nõ est quælibet: sed uana & iutilis repetitio: ac queãdmodũ quæ bona sũt decies repetita placebũt. Sic ẽt concesso ut Ioãnes oĩa: quæ & noster propheta prædixerit/ nõ tamen id frustra fuit/ imo sũme necessariũ nouo testimonio uetus incredulis hoibus cõfirmare. Dies .n. diei eructat uerbũ/ & nox nocti idicat scientiã. Dies nãq; ꝓpheta ẽ/ ꝓspera & secũda: nox idẽ est aduersa & mala ꝓnũtians. Cũ itaq; Ioãnes & ea quæ diei/ & ea quæ noctis obscure uaticinatus fuerit/ ꝓuidẽtia & diuina dispẽsatione actũ est/ ut eadẽ nũc hominibus præsertĩ florẽtinis nota fierẽt luculentius/ & arctius humanis ĩfigerẽtur mẽtibus. Neq; illa cõfirmatio eis suffragatur: Põt enĩ eadẽ dicere/ ut sint limpidiora/ & frequẽti replicatione magis alliciat. Nõne & antiq illi ꝓphetæ de magni aduẽtu Messiæ eadẽ totiẽs reiterarũt? Põt quoq; sine maledictione & alia illis addere. Neq; enĩ addere intelligendum est/ si conformia uł non dissidentia addantur: sed si repugnantia illis. Hoc pacto & Paulus clamabat. Quicunq; etiã si angelus de coelo ueniret/ aliud uobis euangelizauerit/ anathema sit. Aliud inq̃ idest contrarium. Et alibi: Omne quod non est ex fide peccatum est: hoc est omne quod fidei contrariu m·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

est: utiq; peccatum.

ℭ Caput. III.

VBERTINVS

q Vidam etiam ita inuehuntur / omnis dicentes diuinatio ē prohibita christianis: Sed omīs prophetans diuinatur: Quare omnis prophetia uidetur prohibita. Vnde etiam astrorum iudicatiua notitia uetita est / ut etiam affirmat hic noster uates. Si ergo illa ꝓhibetur quæ ꝑ corpora coelestia: a quibus omnis uirtus horum inferiorum teste philosopho / & non negantibus theologis pendet: multo magis prohiberi censendæ sunt omnes aliæ / quæ per somnia uel atræ bilis uel cuiusuis spiritus instinctu fierent. BENIG. Isti quoq; nō sapiunt ea: quæ dei sūt. Quis enim potest prohibere reuelationes eiusmodi? Si deus omnium rex & sui gratia pater hominum ea reuelare uoluerit? Neq; diuinari diuino spiritu est prohibitum: sed spiritu illo: qui ab initio deceptor & mendax: sed per somnia sæpius inania / sed & per astronomiam hominibus ignotam / & rerum humanarum causam inclinatiuam continentē non necessariam aut coactiuam. Neq; uidens noster astronomiam alia in parte damnat. Cum omnes magni theologi ea in re consentiant philosopho. Sed quia astronomi homīes (q̄uis plura astronomi spiritus) pauca norunt / eaq; sine certitudine / quia illud etiā parum quod norunt / incertum est. Multa enim fierent causis secundis inspectis: quæ tamen primæ causæ uirtute impediūtur. Neq; enim motus coeli aut ortus & occasus syderum est ut patet ex theologia ulli certus nisi Deo soli: quanto magis ea: quæ hic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

apud nos mortales uiros aguntur. Nil ergo iudicia lis astronomia necessario ueritatis continet. Cum omnis actus & opera naturæ cuiusuis/immo & esse/ sit contingens. Si ergo etiam omnes effectus essent in astris/& homines ibi eos præuiderent: adhuc ne quirent determinate ac necessario uerum dicere/ eo ꝙ prima causa posset impedire. Quare neq; hæc ne cessario uera: Sol orietur: neq; hæc / coelum moue bitur: Immo neq; hæc cœlum cras erit/est opus sit uera. Futura igitur scire notitia certa/ & ab omni su spitione remota/nisi a deo illustratus potest nemo. Vetitum ergo est hominibus absolute diuinare per astra: non autem secundum inclinationem & cum quadam cõditione/ nisi uidelicet deus ipse magnus secus disposuerit.

Caput. IIII.

VBERTINVS

o Biciunt in re etiã hoc pacto. Quæ scire ĩuti le & nil cõducens nõ reuelantur ab illo: qui sicut nil frustra/ita nil inutiliter operatur. Sed futu ra scire nil cõducit/nilq; utilitatis affert. Nẽpe quæ ro ex te/an illa futura sint bona & ꝓspera/ an mala & aduersa. Si bona/utilius est ea ignorare/dũ enim ĩ sperata ueniunt lætiorẽ hominẽ reddunt/& maiorĩ gaudio afficiunt. Si mala/etiã ĩutile est nosse: Lõgio ri enim cruciatu timoris primũ/deinde doloris ani mum uexãt. Immo si certi sint homines de malo fu turo cõtinuo dolore potius q̃ timore angũtur. Nõ abre itaq; quidã homini diẽ obitus absconditum ea de causa putãt: ne diutino exagitetur dolore/& pœ nam luat formidine pœnæ: & ne mœstitia talis con

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

sideratiōis mentem obruat: sed se putet semper superuicturum. Quo fit, ut nemo sit adeo senex: qui se unum annum non putet uiuere posse. Nō igitur utilis hæc cognitio homini est dicenda. BEN. Cōcedimus sūmum opificem illum: quem finem ultimum oīum rerum cēsemus, nil frustra uel inaniter aut sine utilitate efficere. Et cum subnectūt uanam & inutilem esse futurorū notitiam: id negandum: Immo ualde utile. Homo enī sciētia proficitur, & suaptenatura teste philosopho sciētiæ cupidine allicitur. Si ergo cuipiam propria perfectio inutilis est: & homini futura scire nos ĩutile fatebimur. Quod si hoc falsum ē, & illud profecto, unde ipsū ortum est falsum. Non enim potest proles mētis falsa esse, nisi & parens ipsius falsus sit: Ratio qua id probāt: parui momenti. Nam & bona futura præcognoscere utilius: quo diutius læti uiuamus: & quo nos ad ea consequenda magis præparemus. Et mala similiter, ut minus feriāt, minusq́ lædant iacula præuisa. Et ne insperatis bonis extollamur, aut malis omnino deprimamur: meliusq́ est paruo dolore diutius affici, q̄ uehemētissimo subito obrui aut extingui. Hi quoq́ non aspiciunt nisi ad bona iocunda. Honestius & melius est interdū dolere, & uocari ad domū luctus, q̄ ad domū conuiuii. Non ergo semper maius gaudiū melius, ĩmo mortalibus id sæpius ē deterius. Neq́ plus dolere peius aut inutilius: sed quādoq́ illud solū bonū. Mors autē hominibus sicut & reliqua futura, præsertim ea, quæ philosophi contingētia appellare consueuerunt, ignota est. Norūt quidem se morituros: sed horam & diem igno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

rant. Et si astra indicarent: impedirí tamẽ possunt. Iccirco nemo scit ꝑ certo se moriturũ. Nil eni est certũ nisi quod uel sensu manifeste ꝑcipitur: uel rõne necessaria demõstratur. VBER. Nil certius morte. BEN. Inspectis secũdis causis contingẽtiũ nõ necessariorũ/siqd sit necessariũ/nil certius expimẽto cõmuni. Illud tamẽ respectu primæ causæ certissimũ est: nec certius q̃ me sessurũ. Nõ eni potius deus ipse cogitur hoiem extĩguere uel potius nõ cõseruare q̃ me sedere uel non sedere. Aeque facile unũquodq; factibiliũ & quod sibi difficile/illud & ĩpossibile. Nõ ergo iccirco homo nescit mortẽ/ne doleat: cum ei memoria & cõmemoratio ipsius suadeat/& q̀ putet se se singulis momentis moriturũ. Verũ quia sibi futura pene oĩa abdita: Neq;. n. (mirabile dictu) ꝑ lineã a presenti distãs euidẽter agnoscit: Iccirco & mortis hora incerta.

¶ Caput. V.

VBERTINVS

n On desũt (sæpius eni dimicaui) qui dicãt ita ratiocinãdo. Quæcũq; plurimis sũt obtecta fallaciis ambiguitatibus deceptionibus a uiro fideli sunt omni studio euitãda. Posset eni eã ob rem multimodis erroribus ĩuolui: neq; ob aliam cãm cõmunio ĩfideliũ & cũ illis disceptatio ꝓhiberi uidetur: nisi ne fideles erroribus ipsorum ĩuoluãtur. Omne itaq; ex quo ĩ errorẽ quis ĩduci posset: fugiendũ: Sed ꝓphetiæ sũt eiuscemodi. Si nãq; sint imaginariæ (imprimũtur. n. ĩ imaginatione nõnũquã uariæ figuræ: quibus ea quæ futura sunt designãtur) decipere possũt facillime ueluti & somniorum imaginationes:

quæ utplurimum uanæ sunt: cuius rei causa neq; curanda somnia dicuntur. Quis autem discernere potest/ an illæ imagines sint impressæ a Deo absq; medio/ siue angelorum medio: & an etiam a malo angelo sint impressæ: uel forsan cœlesti influxu & atræ bilis motione/ nimiæq; imaginationis uirtute: quæ iuxta medicorum documenta dominatur cõplexioni & humoribus. Hæc omnia diiudicare difficile est homini tales imaginationes habenti/ & ex earum interpretatione uario errore posset seduci. Quare exponere determinate ea ipsa magnæ præsumptionis est: & fugiendum homini christiano.

Secundus modus uidendi.

¶ Si autem exterius imagines uideat/ ut Daniel ante regis Babyloniæ oculos manum parieti hæc scribentem uidit: Mane: Techel: Phares. Et multa eiusmodi alii prophetæ uiderunt: quæ multis obscuritatibus inuoluta non nisi temere exponi diffinite ualent. Quare euitanda potius sunt/ q̃ temere diffiniẽda. Sed dices. Dabitur intelligẽtia/ & assensus causabitur. Esto: Sed unde agnosces eiusmodi uisionis intelligentiam & talem assensum esse a Deo causatũ? Nonne & a malo demone causari & a proprio ingenio posset?

Tertius modus uidendi

¶ Si autem uerbis edoceatur: primum illa sæpius ambigue proponuntur: ut Aio te Aeacidæ Romanos uincere posse. Sæpenumero perobscure: ut quid significent sciri nequeat: sed quicquid cogites/ ipsa eũ tibi sensũ ut campana quædã reddant. Deinde &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

ſi aperte proponãtur/quis ille ſit:qui ea proponit/ ſcire nõ poteris: & an ſit uerax/an a principio mendax non diſcernes.

¶Quartus modus uidendi.

¶ Si autem qui uidetur quartus & nobiliſſimus uiſionum omnium modus Deus ipſe/ut in Oſeæ prophetia legimus/uiſionem multiplicet in manu prophetarum in tertia uidelicet locutione/non p enigmata aut parabolas:ſed agnitione in eis alicuius rei cauſata remanebit adhuc intellectus ĩ ſe dubius:quia neſciet ipſa interna inſpiratio a quo proueniat/neq; unde moueatur ad aſſentiendum:neq; certus eſſe poterit euidẽter de re:quam neq; uidet/ſiue ſenſu manifeſte percipit/neq; ratione certa & euidenti agnoſcit. Cum itaq; omnis prophetia aliquo illorum modorum fiat & omẽs ſint in ſe ambigui & poſſent decipere/melius eſt timenti deum de his ſilere: & quid uẽturum ſit ſine aſſertione expectare.

¶Caput.VI.

BENIGNVS.

h INC Vbertine compræhendere ualebis argutias hominum: qui etiam manifeſtam ueritatem falſitatis fuco delinire conantur. Duplicem noſti eſſe prophetiarum ſpiritum:qui in Helia prius fuerat:Deinde in Heliſeo requieuit:uidere inquã/& eorum: quæ uidentur intelligentiam habere: iuxta illud Danielis. In uiſione opus eſt intelligẽtia. Multis datur uiſio ſine intelligentia/ut Balthaſari Regi oſtenſa fuit manus in pariete ſcribentis/& Nabuchdonoſori ſtatua/& Pharao

ni septem boues & septem spicæ: Quanuis non nulli hæc somnia putent/neq; fuit eis data intelli gentia sicuti Ioseph/& Danieli. Qui ergo uere pro pheta appellari cupit/opus est/ut uideat/& uisa percipiat. Qui enim uidet nec intelligit/non pro prie propheta uocari potest: cum illud sit tanquã materia siue genus. Intelligentia uero est ut for ma quædam siue differentia proficiens. Res autem neq; a materia neq; a genere sortiuntur nomen: sed a forma & differentia: quæ dat esse proprium & di stinctum. Ille ergo illuminat/ille prophetas lumi ne suo illustrat/ut uisa intelligant/degustent & percipiãt: qui & ostendit/ille & assensum firmum causat ne ambigant aut titubent/ille discernere fa cit & agnoscere ut sint certi sese non esse deceptos. Vbi aduerte multos posse creaturam opinari esse deum/nullum tamen uidentem deum posse opi nari ipsum esse creaturam/ueluti uidens aliud q̃ so lem puta lunam/posset credere lunam esse solem/ nemo tamen uidens solem in suo illustri circulo potest opinari esse lunam/ita quoq; posset quis a spi ritu maligno seduci/ut credat se a deo illustrari: ne mo tamen potest a deo illustrari & ambigere de ta li illustratione: aut illi non adhærere: aut uel parũ titubare unde illustretur. Iubar enim magnum est illud/splendor est æternitatis diuinæ/candor lucis æternæ/speculum siue macula. VBERTINVS. Homines scire cuperent quo pacto discernere ualea mus has illustrationes a qua causa proueniant. Multi enim falsis firmius adhærent: q̃ alii ueris. BENIGNVS. Quanuis multa sint signa spirituũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

discernẽdorum/ut quia inflãmat in desideria æter norum/quia impellit cõtra iniquos spiritus/quia nulli afficiũt ea: præsunt omnibus/quia rationi cõ sentanea suggeruntur & huiusmodi plurima. Nos tamen qui adhuc plebs sumus/ea nõ percipimus: quibus data est gratia discretionis spirituũ/illi per cipiunt: illi norũt. Dormiens homo putat se uigi lare: putat uidere: putat loqui & decipitur. Vigilãs uero scit se uigilare: scit uidere: scit loqui. Ita qui af flantur diuino spiritu absq; cunctatione cuncta no runt quæ uident/neq; dubitant. Et sicut nõ potest ꝑ manifestiora probari uiuere ipsum aut uigilare/ quia dubitare de hoc insani hominis esset. Sic pro fecto neq; illustratio ꝓphetica potest ꝑ manifestio ra deduci: sed uidẽt: assentiuntur: adhærent: sciunt manifeste se neq; atra bili infectos neq; imaginatio ne uehemẽti permutatos/neq; spũ maligno seduc tos/neq; astrorum influxu attractos: sed in lumine diuinæ æternitatis aspicere lumen. Siquis autẽ his omnino incredulus est/oremus/ut ipse quoq; illu stretur suꝑno lumine/ut credat diuina/utq; incum bat cœlestibus: & sciat ꝗ suauis ẽ dominus agnoscẽ ti animæ eum. Caput. vii.

VBERTINVS.

s I & alia: quæ homines dicũt: afferam pater Benigne patienter auscultes. Video nanq; te quoq; diuino numine in defensionem huius uerita tis afflari & accendi. Aiunt non nulli: quod etiam nobis uidetur. Futura omni creatæ menti incerta esse/& soli deo euidentia: Et concludunt ea neq; a bono neq; a malo spũ prædici infallibiliter posse.

Quibus & ipse annuo/nisi illi spiritus a primo spi
ritu omnium spirituũ illustrati accipiant. Addunt
deum ea nõ posse aliis reuelare ita arguentes. Nil ab
surdum nilq; indecens potest facere deus: Sed alii re
uelare futura est absurdum & indecẽs. Quare non
ea reuelabit. Et q̃ ea reuelare non deceat: probant.
Nihil proprium deo tribuere creaturæ decet. Sed co
gnitio euidens futurorũ est propria deo/ut etiã nos
fatemur: Quare queadmodũ scriptum est: Gloriã
meam alteri nõ dabo: & queadmodum solus deus
peccata dimittit/sic profecto & solus futurorũ scien
tiam tenebit: neq; alteri dabit. Cõfirmatur inquiũt
impossibile est creaturam esse deum/& incõueniens
est creaturam putari deũ. Sed si creaturæ cõmunica
retur futurorum notitia/ ipsa uel esset Deus uel pu
taretur/iuxta illud Esayæ. Annuntiate quæ uentu
ra sunt i futurũ/& sciemus quia dii estis uos. Quã
obrem cum proprium diuinitatis neq; debeat neq;
possit tribui creaturis: mentiri uidentur omnes: qui
futura sese prædicere posse putant. BEN. Scire fu
tura euidẽter & necessario & suaptenatura propriũ
certo est ipsi deo. Scire tamen futura cõmunicari po
test & angelis & hominibus. Sciendi uero modus
creaturæ cõmunicari nequit. Potest quidem fieri ut
futura agnoscamus: sed id nõ erit necessario/sed con
tingẽter/non ex se aut sui natura/sed diuino solum
munere. Quod eni deo natura: nobis competit gra
tia: queadmodum neq; gloriam suam aliis tribuere
ualet: & tamen suam gloriã largitur & incorporeæ
& rationali creaturæ. Non quidem suã gloriam tri
buit a se ipsam auferẽdo/sed alios pro modulo suo/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

participes eiusdem efficiendo. Nemo eni eum sicut filius patrē: aut pater filium nouit: nemo sic amat. Nequit similiter creatura eam claritatem sciētiæ obtinere quæ in deo est: nequit a se aut ex sui natura eā habere: nequit eam deniq; deus a se auferēdo cōmunicare. Diuinitatis etiam uenerationē non concedit creaturæ ipse/ q̄uis creatura interdum eam sibi usurpet/ ut ille qui dixit/ ponam sedem meam ad aquilonem: & ero similis altissimo: cui par crimen qui ex se ipsis futura se scire dicunt committūt: & qui propria auctoritate reos absoluere se putant. Cum autē confirmando subnectunt/ tūc creaturā uel esse deū uel putari oportere ex illo Esayæ dicto: Dico illud non sequi: Et auctoritate illa soluta eneruabitur tota uis rationis. Sic autem exponitur: Annūtiate inquit quæ uētura sunt. Videlicet euidēter & proprii īgenii uiribus/ & sciemus quia dii estis. Quia nemo ea īfallibili modo scire ualet nisi deus. Nō itaq; oīs annuntians est aut putatur deus: sed talis qui ex sua natura ea annuntiat. Annuntiate quoq; quæ uentura sunt in futurum/ & sciemus quia dii estis participatione. Hoc enim uobis a deo reuelatum nos censebimus. Quin ergo propheta id quod proprium deo est uno modo/ accipit alio: pro captu uidelicet ingenii sui non mentitur ea annuntiando: sed se diuino numine afflatum & illustratum ostendit.

¶ Caput. VIII.

VBERTINVS

Vt aiunt hi: Dominus ipse noluit talia prædicere. īmo dixit ea patrem posuisse in sua potestate. Atq; id mirabile addidit. De die illo & hora

nemo scit neq; angeli dei in cælo neq; filius/nisi so lus pater. Ex quo inferunt: præsumptionis esse illa prænũtiare quæ nemo nouit: quæ filius ignorauit: quæ patrem ĩ sua potestate posuisse asseruit: quæ ipse neq; prædicere neq; se scire asseruit. Ego eis responde bam id esse accipiendũ de die illo & hora iudicii/nõ de aliis futuris. At ipsi succẽsi suis imaginationibus addũt. Omnia futura æque sunt ĩ manibus patris: & nos quoq; id negare non ualemus/quia oĩa sunt sibi æque contingentia/& oĩa sua ex uoluntate pen dent. Sicut ergo unũ est suæ facultatis/ita & aliud. Eodẽ modo si unũ talium ignorãt angeli ac filius/ & omnia: cur enim potius hoc q̃ illud? Neq; potest quis fugere ut dicat cognitiõem illius diei esse sum mum omnium secretorũ: quod deus pater solum posuit in sua potestate/& nihil aliud: quia maius se cretum est gratia & gloria atq; filii dei incarnatio: quã tamen sciuerũt angeli & prophetæ/& multifa riam prædixerũt. Q̃d ergo exclusum est de æquali & minori/exclusum est de quocunq;. Temerarium ergo est seruo esse maiorem & prudentiorem domi no suo/præsertim eo: qui sui patris æterni est splen dor & sapientia attingens a fine usque ad finem.

BENIGN. Quæcunq; Vbertine nouit pater ille/ nouit & filius & æque limpide: quia utriq; pariter cum sancto spiritu unus intellectus/unum intelli gere: unicum sapere ac uelle & posse. Quicquid igi tur ille pater posuit ĩ sua potestate/posuit & filius/ posuit & spiritus sanctus: quia opera sanctissimæ tri nitatis sunt omnino indiuisa erga creaturam/ita ut nullus eorum neq; uelit neq; possit quicq̃ sine alio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

Illud ergo ut neq; filius agnoscat omne futurum nõnulli intelligunt de filio adoptiuo. Sed tunc su perflue addidisset filium angelis dicens/neq; ange li neq; filius: Angeli enim sunt & ipi filii adoptiui. Et ne de malis angelis eum loqui putares/subiun xit: neq; angeli dei in cœlo neq; filius. Si itaq; filius ibi staret ꝓ adoptiuo/nugatio esset. Nam talis esset sensus/neque filii adoptiui angeli/neq; filius adop tiuus: nisi forsam per filium adoptiuum hominem Christum intelligas/uel primum angelum patriæ supnæ. Sed si filii nomie Christũ hoiem/qui maior (etiam ut homo) est angelis/intelligas: nõ est opus exponere adoptiuum: sed potius sic: Neq; filius dei patris inquãtum homo/proprio ingenio futura no uit. Posset tamen non abre etiam solus dici pater ea nosse a se. Cum enim sit principium deitatis a nul lo principium summens sicut solus est ex se: ita so lus nouit ex se omnia: solus etiam spirat a se. Filius spirat: sed ipsum etiam spirare sicut & essentiam ac potentiam spiratiuam dedit sibi pater. Quanuis itaq; concedamus angelos ac prophetas futura no uisse/quia tamen ea trinitate reuelante nouerunt: dicũtur illa ignorare: quæ ex se nullatenus scire po tuissent. Sic sic nimirum & filius ac spiritus sanctus cũ omnem scientiam a patre recipiat/nescire ex se dici possunt.

Caput. VIIII.
VBERTINVS.

s CIENtia angelorum ac prophetarum quo pacto differt a sciẽtia filii & spiritus sancti?

BENIGN: Distantia infinita inter scientiam diui nam & creatam est. Creatura potest ignorare/diui na persona non potest. Creaturæ fit reuelatio beni gnitate & gratia/filio cõmunicatur omne bonum necessitate naturæ. Creatura igitur nouit futura se cundum quid: ignorat autem simpliciter. Spiritus sanctus ac filius norunt omnia simpliciter: absolu te & necessario non a se tamen sciunt: sicut neque a se sunt. Habent quidem in se omnẽ boni plenitudi nem: neq; quicquã eis/quouis extra eas/remoto/ deesse potest. Hæc tamen æterna & incommutabi li productione susceperunt. Quo fit/ut sicuti non potuerunt non suscipere: ita nunquã suscepta pote runt amittere. Largitorq; ipse nil sibi reliquit: nil perfectionis reseruauit/omnia quæ habuit/dedit: nil retinuit. Solo respectu datoris & largitoris gau det/siue pollet. Et quia respectus dantis & dati siue producentis & producti eisdem sunt in fundamen tis/nequit unius perfectio alia esse maior aut mi nor nisi quadã auctoritate largitionis. Quam ob rem pater & ipse unum sunt omni in re essentiali: & pater maior est eo in auctoritate paternali/prin cipalior nanque paternitas filiationis relatione. Sed ad uim rationis redeamus. Negamus ea illa: quæ prophetæ uaticinantur filium ignorasse: nisi quia ex patre eam scientiam accepit. Si quoque filius noluit docere omnes diem illum & horam/ docuit tamen ciuitatis Hierusalem destructionem/ & fleuit. Docuit aduentum magni pseudo prophe tæ. Docuit quæ discipulis successissent/& Petro. Docuit & suæ passionis cuncta mysteria. Docuit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

quæ in uia discipulis occurrerent. Docuit quod dic tu difficilius, Petri immo & omniũ discipulorũ ne gationem. Docuit & Iudæ abdita prodimenta. Dif ficillimũ aũt inter oĩa futura est uolũtatis liberæ & cõtingentis arbitrii euidẽter scire uota futura. Neq; ualet illa ratio minora uel æqualia non reuelãtur. Igitur neq; maiora siue æqua. Potest enim deus ma iora reuelare minoribus nõ reuelatis. Immo ea quæ parui momenti neq; reuelare consueuit, sed quæ ma gni. Neq; tamẽ sequitur, nõ reuelauit tunc discipu lis: Igitur post acceptionem sãcti spiritus non reue lauit: Sed nõ reuelauit forsan ita ut ipsi aliis ea reue lare possent: Vnde Ioannes uidit uniuersũ progres sum ecclesiæ militantis, & cõscripsit: sed eo stilo, ut uix ĩmo in multis nullo modo intelligi posset. Nõ largitur Deus futurorũ cognitionem semper omni bus. Ideo Ioãnes uidit: sciuit: & scripsit. Sed nisi ho mo moueatur ab eodẽ spiritu, a quo & Ioannes mo tus est, nõ percipiet ea, quæ legit. Cur ergo scripsit? Iccirco ut illi, quos uoluerit spiritus, intelligãt: nõ ut omnes intelligant. Et ut dum implentur, agno scãtur agnita fuisse. Tetigit iam credimus multos, ut octauũ & decimum caput prophetiæ suæ, & de inceps intelligant atq; exponãt. Tanget adhuc plu res. Misit igitur Deus optimus præcipue ut uidebi mus prophetam nostrum: cui ut prophetiarum ca peret uerba, intellectum aperuit, & ut aliis uisioni bus eadem uideret & quædam peculiaria donũ con cessit. Non est ergo temerarium ea etiam seruo dice re, domino ipso iubente: quæ dominus sapientissi mus dicere noluisset: multa enim principes per ser

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

uos faciunt: quæ per seipsos eis facere non lubet.

¶ Caput. X.

VBERTINVS.

SVNT QVIDam phisicis, ut eis uidetur, ut autem mihi, sophisticis rationibus imbuti: qui prophetias omnes damnant: nilq; de futuris præsertim uolũtati humanæ subiectis a quoq̃ sciri posse autumant, ita raciocinantes. Certum est inquiunt, hominem esse liberum & ad utranq; partem contradictionis indifferẽtem ita, ut ad neutram sit determinatus: & ad quam uoluerit, manum extendere possit. Dimisit enim Deus ipsum in manu consilii sui: Et ipsa experientia constat, ipsa libertas. Ita ut qui eam negaret, tam diu flagris cedendus esset, ut Auicenna de primum principium negantibus faciũdum censebat: quousq; se posse non cedi fateretur. Et negato libero arbitrio, uniuersa moralis negatur philosophia: peribunt cõsultationes & cuncta hortamenta. Nemo supplicio nemo præmio dignus. Concessa itaq; libera facultate oportet remouere omnia, ex quorum positione ipsa remouenda esset. Sed si ponamus quempiam etiam si Deus ipse ille dicatur, qui sciat definite alterum eorum quæ facturus est homo, non ne illud solum fieret? Non ne opus esset hominem ita se habere in uolendo sicut & deus ipse se habet in sciendo? Scit autem Deus hoc ab homine fore determinate. Hoc ergo & erit. Quod autem definita cognitio inferat definitam uolitionem, patet per philo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

sophum primo de interpraetatione. Qui eam ob rem affirmauit neutram partem contradictionis futurorum contingentium esse determinate ueram. Nam si sic, ergo inquit, necesse est illam partem fieri, & oppositam impossibile erit fieri. Nam si uerũ est dicere: hoc erit, necesse est ita fore: sicut si uerum est dicere aliud est, necesse est illud esse. Si ergo ueritas enũtiationis determinata ĩpedit arbitrii libertatem, non minus, sed multo magis certa & infallibilis scientia impediet. Quid ergo? Dicendum est autem neminem illa nosse. Quod si nemo ea nouit, falso enuntiantur futura: quae an futura sint, nulli est exploratum.

Caput Vndecimum.

BENIGNVS.

h AEC Ratio Vbertine ignorantibus modũ cognitionis diuinae difficillima solutu est. Libertatem quippe uoluntatis nostrae confitemur: & ipm Deum quaecunq; uolitura est, pro certo cognoscere asserimus. Et haec scientiae diuinae certitudo inferre uidetur uolẽdorũ necessitatem: Et quanuis multi modi ponantur, duo tamen praecipui sunt: quibus ostenditur & scientia Dei de futuris certa, & nostrae uoluntatis libertas manifesta.

Quidam enim aiunt, ut etiã propheta noster in suo innuit opusculo, eo ꝙ diuina aeternitas omne complectitur tempus: Iccirco Deo simul astant oĩa coram, praesentia, praeterita, & futura: iuxta quod

scriptũ est: Omnia nuda & aperta sunt oculis eius:
Et hoc pacto futurorum notitia est potius scientia
quædam/q̃ præscientia. Et non cognoscit ea Deus/
ut futura: Iccirco scientia sua non impedit liberta
tem uoluntatis/sicut neq; scientia mea qua cogno
sco te aliquid uelle. Neq; ratio de ueritate orationis
erit contra nos. Verum enim est/q; si altera pars ora
tionis de futuro esset determinate uera/res ipa neces
sario foret. Sic etiam si scientia Dei de futuris ut fu
tura sunt esset determinate futura/necessario forsan
euenient. Nunc autem non est ita. Quare & scien
tia Dei erit euidens/& uoluntas omnino libera.
Aliqui autem sic declarant. Deus non agnoscit fu
tura ante suæ uoluntatis determinationem. Vnde
in primo signo æternitatis Deus agnoscit omnia en
tia creata tanquã possibilia. Videt enim posse fieri &
posse non fieri. In secundo autem signo uoluntas di
uina determinat alteram partem. In tertio diuinus
intellectus hoc agnoscit futurum/illud non futu
rum. Addunt diuinam determinationem esse con
tingentem/& posse fieri oppositum illius quod de
terminauit. Atq; eo modo soluant contingentias
rerum & scientiam futurorum. VBERTINVS.
Si recte memini/utrunq; horum modorum solitus
fuisti repellere. Et priorem illum etiam Scotus ue
ster uidetur abiicere/ita ut ex te alias accepi arguẽs.
Non existentia nequeunt alicui coexistere. Sed futu
ra non existunt: igitur nequeunt coexistere. BE
NIGNVS. Verum est Vbertine illum modum a
supradicto doctore multifariam impugnari/forsan

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. B.6.4

tamen possēt conciliari Thomas & Scotus uel eo ĩ loco: sed hæc prætereunda inpræsenti duco. Hoc unum si nunc dixero/ satis dixisse putabor: diuinū intellectum eo ꝙ æternus/ unāquanq; rem simul tota pro sua periodo inspicere. Sicut enim Deus non prospicit de loco ad locum: sed omnia ut ibi sūt uidet: sic neq; per unum tempus aliud cognoscit: aut sicut existens in uno in alterum prospicit: Sed tanq̃ nō coexistens proprie: sed indistans tantā rerū durationem unico intuitu contēplatur. Vnde suā uolūtatem quæ causa principalis oīum pro cūctis sæculis simul aspicit: & sicut suā/ ita & uolūtatem omniū. Neq; huius est quærēda alia causa q̃ diuinæ æternitatis: Et hoc pacto intellecta illa opinione argumētationes omnes cōtra eam ualebunt in alio sensu/ nō hoc a nobis hic exposito.

Caput. XII.

VBERTINVS

Solebas tu alias contra posteriorem declarationem/ quam Scoti esse constat/ plura inducere. Si nāq; Deus determinauit ita fore/ & possit aliter fore: ponatur ita esse/ sicut est possibile: sequetur Deum non euidenter aut infallibiliter illam partē nouisse. Et inducebas primo eius responsionem. Quanuis aliter fieri posset: nunquam tamen aliter erit: & sic euidenter nouisse dicetur. Tu arguebas: Cur aliter non erit. Cum possibile sit aliter nō esse. Dicunt iccirco aliter non erit/ quia tunc Deus nesciuisset: quod est inconueniens: Subnectebas contra.

Nihil est possibile Deo. Quo dato, sequitur sibi i possibile. Sed ex eo q̄ possit aliter uelle, sequitur q̄ posset aliter scire. Ex hoc uero sequitur, q̄ si aliter sciret non euidenter sciuisset: Et ita potētiam ponis conuenire Deo: cuius actus sibi omnino repugnat. Deinde aliā responsionē adducebas, posito tali possibili in esse, sequebatur Deum nesciuisse illud fore pro certo, sciuisse tamen cum conditione. Et inferebas ex mēte cuiusdam doctoris scientiam Dei de futuris esse cōditionatam: uidelicet, si sic uoluerit sic erit: si aliter, secus erit. Hoc autē est contra ea, quæ uates noster docuit, & scripsit quædam futurorum prædici absolute, ut nostram rem p. instaurādam: quædam cum conditione, ut Regem frācorum esse electum principem renouationis ecclesiæ. BENI. Multa tibi rerum mearum memoria. De his & tractauimus latius & alias tractabimus domino concedente. Tenendo nunc illam opinionem, ut per determinationem suæ uoluntatis, Deus agnoscat contingentia futura: oportuit respondere altero illorū modorum. Verum si ratio æternitatis inspiciatur: Videbit Deus uoluntatem suam etiam si nō determinasset determinaturam: Et quia uolūtas sua quædam uult in æternitate absolute, quædam cum conditione: Deus quoq; uidet quædam futura absolute uētura, quædam cū conditione, si creatura cooperata fuerit, uel iussa susceperit: Tamen nouit etiam illam conditionem absolute. Accipe hoc exemplo. Nouit Deus, si peccator digne doluerit, ueniam accipiet: secus, non: sicut & tu nosti: Si Plato curret,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

Plato mouebitur. Sed in hoc differs: quia Deus ui det illud antecedens poni uel non poni in esse: & ita scit simpliciter & absolute. Tu uero nescis an Plato curret. Sed cur his tam diu immoramur? Sat nobis sit euidēs iam esse/ Deum nosse futura: neq; impedi re ob id libertatem uoluntatis nostre: & ita posse illustrare homines/ut & ipsi uideant/ & uisa agno scant: & illis firmo animo absque ulla cunctatione adhæreant. Quod ergo primum te nosse cuperem aiebas/ credo nos etiam proteruis & cauillatoribus satisfecisse.

¶ Caput primum Secundæ partis.

VBERTINVS

s Atis lucide ostendisti pater amantissime nō modo nullum esse incōueniens: sed potius congruum & utile Deum ad nos nouos prophetas transmisisse. Nūc reliqua duo absolui abs te cupio. Eam eīm apud me tenes auctoritatem: quam apud grecos Plato: apud uero latinos Aristoteles ipse. Il la uero hæc sunt. An possimus dicere fratrem Hie ronymum Ferrariēsem nostrum præconem sacri or dinis prædicatorū professorem: quem & ipse nosti: cuius prædicationibus sæpius interfuisti: queq; con tra nonnullos alloquentes defensare consueuisti/ esse nobis hac tempestate a Deo missum/tanquā pro phetam quēdam peculiarem: & nostrarum illumi natorem animarum. Postremum erit/cur Deus ip se ad hanc nostram urbem potius ipsum q̄ ad alias

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

destinauerit ac legauerit. BENIG. Virum Vberti ne notum mihi proponis: quem ego suas ob subli mes uirtutes semper (ut nosti) sum ueneratus. Q\overline{d} autem mihi tãtam tribuis auctoritatem / id profec to ex innata quadam tua erga me prouenit beniuo lentia / non autem ex meritis quæ in me sint. Sed ad rem. Hunc hominem ad nos a Deo optimo & a sãc tissima trinitate transmissum esse ex multis constare poterit. Et primo quia id congruit huic tempori & diuinæ prouidentiæ. Deinde q͂ ipse sit a Deo missus ostendit uita sua insignis / & ipsius sp\overline{u}s tam ingens feruor. Demum hac luce clarius cõstabit / uerum ip sum uatem esse / si uniuersa circa sacras eius lectio nes: prædicationes: & uaticinia diligenter conside rentur. Vtq; a primo incipiamus / notum est diui nam legem cernentibus nunc instare tempora: in quibus ecclesia Christi longe lateq; per totum or bem sit in unum ouile redigenda. Instãt namq; tem pora: quibus implenda est prophetia / quam Iohan nes tangit octauo & decimo capitulo suæ reuelatio nis: Cuius & ipse expositionem primum in Britta nia: quam nunc Angliam uocamus / uidi: In qua primum imperatoris Turchorum extincti robur ingens / & in regno dilatatio prædicebatur: & aduẽ tus in Italiam permittebatur. Deinde morte ipsius præueniente amissio eorum quæ in italia adeptus fuisset: & filii mitioris crudeliore repulso imperiũ qui cũ christianis pacifice uiueret: describebatur. Et hũc esse ultimũ eorũ regem clarius aperiebatur. In de credo nonnullos etiam prophetiarum suarum

ſumpſiſſe fundamēta/ut heremitam uallis umbro
ſæ & non nullos prædicatores. Quæ quidem pro
phetia brittanica adeo mentem meam occupauit/
ut eam publice & Vrbini primum & Florentiæ de
inde ſæpius prædicauerim. Et de regno mille annis
duraturo atque futuris agni nuptiis pleraq; addu
xiſſe forſan & tu meminiſti. Acceſſi deinde poſt re
uolutionem ſtatus ciuitatus Florentinæ ad infide
lium partes/ infidelium inquā eo q; ab infidelibus
fideles populi gubernentur: ubi de meis conſangui
neis aliquos repperi: ab ipſiſq; infidelibus accepi:
ſectam eorum per prophetias etiam: quæ apud eos
ſunt: breui tempore perituram. Regiſq; chriſtianiſ
ſimi effigiem huius: qui nunc regnat cum ex me di
diciſſent: Hic ille inquiunt eſt: qui ritus noſtros &
legem conculcabit/comminuetq;. Alii Conſtanti
nopoli ſtatuam eſſe ferunt: in qua uniuerſi urbis il
lius Reges ſculpti dicuntur. Vltimus gallico habi
tu amictus aſpiciētibus oſtēditur. Quorſum hæc?
Vt cognoſcas operepretium eſſe prophetam quem
piam ad nos tranſmitti: qui tam grandia noua po
pulo chriſtiano denuntiet. Ea enim conſuetudo(is
eſt diuinæ prouidētiæ mos)ut nil efficiat abſque re
uelatione præuia/iuxta illud Amos prophetæ. Nō
faciet dominus Deus uerbum niſi reuelauerit ſecre
tum ſuū ad ſeruos ſuos ꝓphetas. Nō itaq; ergo ulla
teneor admiratiōe de huius ꝓphetæ miſſione: qn po
tius miror plures & alios nō eſſe miſſos. Hæc nāq; re
nouatio ſimilis erit illi primitiuæ eccleſiæ. Nūc erit
uniuerſalis copulatio Chriſti cum eccleſia ſua: nūc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

prædicabitur euangelium in toto orbe: nũc uere fi des nostra catholica hoc est cõmunis omibus & uni uersalis appellabitur. Quid ergo mirum, si ad tan tum tamq; præclarum facinus Hieronymus noster destinatus sit. Immo mirari deberemus, si nullus es set missus: quia diuinæ cõsuetudini & ordinationi id repugnaret. Concludo igitur aliquẽ esse missum ob rationem supradictam: & alium nõ uidemus ni si hũc nostrũ: ipsum ergo esse nuntiũ horum nouo rum non ambigendum.

¶ Caput secundũ partis. II.

VBERTINVS

n Egarẽt forsan cauillosi homines eum modũ probandi. BENI. Hoc genus probandi te net a simili. Arguimus enim ꝑ ablationem sceptri a populo israelitico & domo iuda, & ꝑ adimpletio nem septuaginta ebdomadarum, & ex secũdi tẽpli per Romanos destructione, cuius gloria maior erat futura q̃ primi, & per eiusmodi alia Messiã uenisse Herodis Ascalonite & Octauiani ac Tiberii tempo ribus: & alius tunc similis Iesu Nazareno non appa ruit. Quia & si Ioannes tantæ sanctitatis fuerit, ut ipse christus credi potuerit: ipse tamẽ id de se mani feste negauit, & de Iesu confessus est. Concludimus uerum Messiam patribus promissum ipsũ dominũ iesum fuisse. Ita nimirũ ex diuinis codicibus coniici mus nos uisitãdos a Deo in manu suorum prophe tarum: & digniorem ipso his temporibus qui spiri tu prophetico clareat, nescimus. Hic eim solus pu blice manifestatus est ecclesiæ Christi. Hic unus no mine domini se se loqui populo fatetur. Cur ergo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

tam frigidi tamq; increduli multi remaneāt miror: Sed neq; miror/quia si domino ipsi/qui opera fecit tam grandia: quibus similia nemo fecerit/ non cre debant nisi admodum pauci: Cur omnes credēt si bi qui non dominus sed seruus & nuntius domini est? Doleo nostros Vbertine. Video enim ī iudiciū multorum & eorum/qui præcipui putātur ipsum uenisse/ut qui non uidebant uiderent: & qui uide bant cæci fierent. Tu uides illos magis obstinatos/ qui potentiores & sanctiores ī populo Christi putā tur. Pauci ex phariseis/pauci ex principibus adhæse runt Christo. Idem est & nunc Christus: nemo seip sum/sed christum prædicat. Sed sicut ipso se prædi cante pauci eum exceperunt: ita & aliis prædicanti bus eundem pauciores suscipiunt: ex illis dico qui sibi montes uidētur: Publicanus excepit: Zacheus excepit: plebs & mulieres exceperūt: Iccirco dicitur montibus: Amen dico uobis publicani & peccato res precedent uos in regno dei. Sed quid faciet do minus uineæ agricolis illis? Malos male perdet: & uineā suam locabit aliis agricolis. Auferetur ab eis regnū ecclesiæ/& dabitur genti faciēti fructus eius. Ex his constat consentaneum ualde rationi uideri: Deum nostrum uoluisse sanctis prophetis hac tēpe state uisitari suæ ecclesiæ filios.

¶ Caput Tertium. II. partis.

VBERTINVS

a CVte primum fundamentum induxisti.

BENIGNVS. Hoc idem declarat in ipso impleri uita sua: cuius integritas cuiusq; admirabi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

lis conuersatio potest esse testimonio huic ueritati. Neq; mea interest ipsius sanctimoniam litteris committere aut prædicare: sed solum ex eo q ipsum uirum probum putem inferre non posse mentiri præsertim tam uirulento tamq; pernitioso mendacio. Vnde meis ciuibus Ragusinis/qui Florentinæ urbi summopere afficiuntur ita raciocinatus sum & quidem sæpius: Ego fratrem Hieronymum Ferrariensem talem tamq; integrum uirum tum ratione ordinis & strictæ professionis/ quam ipse ultra alios ĩ paupertate magis magisq; arctauit: tum ratione prædicationis feruentis (nisi enim accésus/ ut est in prouerbio/ succendere nequit) tum ex his quæ de ipso uidentur. (Quis enim arguet eum de ullo facinore aut crimine?) tum quod maius est/quia nulla eorum quibus cum uiuit fratrum murmura de ipso sentimus: qui tamen etiam bonos præsertim prælatos calumniari sub colore charitatis nouerũt: tum quia cum debeamus etiam de malis bona opinari: Et cessante actu mali/correctos eos putare: Quãto magis probos uiros/ de quibus nil nisi studiosa & Deo grata opera uidemus/ bonos existimare debemus? Nunquam credam eum dicere: Hæc dicit dominus Deus/nisi dominus locutus fuisset. Quid enim sibi prodesset longa castitas? Quid arcta ieiunia? Quid abiectissima paupertas? Quid uigiliæ? Quid assiduæ meditationes & lectiones? Illud enĩ crimen ego crimĩe quocũq; scelestius puto. Quid enim horribilius q̃ mendacem facere summam ueritatẽ? Quid uirulẽtius? q̃ fidei xp̃ianæ subuertere fũdamẽta? Si.n. ad sacras litteras uł minima admi

ferimus mẽdacia quid i eis remanebit auctoritatis? Nil profecto. At hæc nõ parua/sed diabolica essent mendacia: neq; deus cœli ea pati tãto tẽpore potuisset. Potest qdẽ ꝓphetare nõ sanctus/imo peccator/probus tamẽ ne dicã homo sanctus/nõ est uerisimile. Id enĩ esset extremæ præsumptiõis siue arrogãtiæ & ultimæ iniquitatis/ ut audeat deum summũ & omnipotentẽ corã tãta frequentia totiens tã firmo aĩo mẽdacẽ facere. Quid aũt inde lucri uates iste? quid emolumẽti? quid diuitiarũ aut delitiarũ sperat se cõsecuturũ? Dices gloriã maximũ externorũ bonorũ cõsequitur/sed hoc friuolum est/ut homo doctus bona nõ dico animi/quæ maxima sũt a paucis tamẽ dilecta/sed bona corporis: quæ etiam mali præponũt bonis fortunæ/minora anteferat maioribus. Fatui certo & amẽtis hoĩs est corpus suũ atterere & oẽs uoluptates a se reicere ob fumũ fetidum humanæ laudis & gloriæ falsæ cupidinẽ. Neq; põt qcq̃ turpius existimari q̃ credere falso bono quẽpiã posse beari. Scimus aũt hũc omniũ litterarũ fuisse q̃ studiosissimũ: neq; ignorãtia peccare posse. Concludamus itaq; nimis temerarios illos esse: qui etiã de manifestis bonis iudicãt & male opinãtur. Ve tam illis: qui dicũt bonũ malũ/sicut & qui dicãt malũ bonum. Immo & magis illis. Scelestius nãq; est bona peruertere & mala putare/q̃ mala bona/sicut & maius crimẽ est bonũ hominẽ uituperio q̃ malum honore afficere. In malo quoq; est semp aliqua ratio boni: nil enim omni ex parte malum. Bonum potest esse itegrum: immo & oportet. Si ergo malum dixero bonum/nõ ita erro/sicut si bonum malum

affirmiuero. Vbi aũt minoris erroris/ibi minus & peccati. Accipio enĩ labi/errare & peccare ꝓ eodẽ.

Caput quartum secundæ partis.

VBERTINVS

OPtime absoluisti. BENI. Enimuero in re manifestissima consumimus uerba: Inspiciamus idem/& cõsideremus amãtissime Vbertine aduentũ huius uiri ad florentissimã urbem: & uidebitur aperte missio ipsius. Fuit missus suis a patribus/nõ accessit data opa. Vnde prædicare cœpit a reuelatione Ioãnis. Cõcurrebãt multitudo ad ædem diui Marci. Sed multis ꝓphetiæ ipsius de futura ecclesiæ renouatiõe deliraméta uidebãtur. Meministi credo uoce publica ubiq; ꝓclamari/multos esse spũs malignos in sancti Marci monasterio: qui cũ fratribus decertarẽt/& ex eis quosdã flagellarẽt. Memini quod tibi ioco retuli (nõ enĩ erubesco cõfiteri) me quoq; his quõdã nõ credidisse: Zenobium Acciaiolũ: qui nũc & ipse patrẽ imitatus cœlibẽ uitã actitat/mihi cũ magno spũs feruore dixisse. Magna/ingẽtia/grandia supueniẽt christianitati/& status populi Florẽtini reuoluetur: & ut uidebis/cõmutabitur. Quæ ut uerũ fatear/nõ solũ nõ credidi/sed & ipsum: qui mihi ea referebat/ĩ corde quasi despexi/& ꝙ coram me aniles fabulas/q Florẽtini populi doctor erã/dicere ausus fuisset. Vnde tamẽ originem earũ rerũ habuisset sciscitatus an ex astris? (illius enĩ sciẽtiæ tũc sectator uidebatur) an a diuino spũ? Scio ꝙ mihi originem nõ stellas sed frẽs sci Marci & quẽdã. s. si recte memini) scũm heremitã cõfessus ẽ. Illa tñ sicut nõ credidi/sic & obliuioni mãdaui. Nosti deinde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

proxima quadragesima ipso prædicante ad diuæ Reparatæ ædem/me aũt ad sãcti Laurẽtii: Facta fuerũt a curiosioribus oĩum prædicatorũ urbis nostræ epitheta/ut dicerẽt illũ sancti spũs esse prædicatorẽ delicatorũ: Illum Sanctæ Crucis Rem p. administrantium/ipsum sanctæ Reparate desperatorũ: Illũ sãcti Laurentii peritorũ. Prædicabat enĩ Vates noster renouationem toto spũ: quod aiebant desperatis siue mœstis esse gaudio/gaudẽtibus mœstitiæ & dolori. Amara est enĩ mors homini diuiti parẽ habenti in substantiis suis. Dulcis aũt afflictis & uexatis. Sicq; assumptus est liber geneseos: & ut nosti/caput de diluuio nõ potuit tãto ĩ tẽpore inchoari: Cũ tamẽ sit eiusdẽ libri sextus in ordine/nisi eo anno/quo Rex galliarũ copias in Italiam transmitteret/& ipse ueniret. Redeuntiq; mihi e uestra ciuitate Pisana/ubi theologiæ methaphisicæq; publicus lector fueram/ac illa quadragesima prædicator/tũc enĩ primũ declamatorie more eorũ: qui in ecclesiis solent loqui ad populũ prædicare uisus sum/antea nãq; lectiões potius: quæ dicebam erãt/q̃ prædicatiões: Occurrit Franciscus Berlengherius inter alios nostros auditores præcipuus: mihiq; de Arcæ ĩtroitu a patre isto tota quadragesima prædicationem retexuit. Admiratus fui/non tamen spiritum domini/sed potius inuentionem ingenio præditi uiri commendaui. Ridebant multi: ego rem tacitus considerabam: dum ad ingressum Arcæ præfixis terminis cum sic admoneret/aduenisse uidebantur tempora prisca Noæ. Ille enim quoq; Arcã fabricando prædicabat: sed ipsius prædicatio sicut & huius risui simillima

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

uidebatur. Et ut mihi retulit frater Antonius saxo linus: qui mea sub cura philosophiæ nunc feruenter incumbit / ipso astante cum uehementi deuotione clausa fuit Arca / & fenestrula quædam derelicta: Qui non intrauerunt in illam mysticam Arcam / omnes patriæ suæ & urbi perierunt: qui intrauerũt uel non despexerunt / salui facti sunt: & aquas tribulationum euaserunt. Ex his omnibus colligimus / cum tanto ordine successerint / hunc hominem uel intellexisse ea: quæ faciebat (Ordo enim non est in fortuitis & causalibus) aut fuisse directum ab intelligentia non errante. Sed certo utrunq; eorum fuit: ut iam & ipse proprio periculo accepisti. Cum itaq; totus progressus doctrinæ suæ fuerit sacræ scripturæ conformis / sanctorũ sententiis consentaneus / bonis & sanctis moribus plenus & rationi humanæ undiq; concors / dubitabimus ne / eũ ipsũ uirũ a deo ad nos misericorditer fuisse transmissum? Si alii dubitãt frater / nos certo quibus data est gratia credẽdi nõ dubitabimus: gratiasq; agimus domino Deo nostro: quia nõ sumus cõclusi laqueo incredulitatis.

¶ Caput Quintum Secundæ partis.

VBERTINVS.

m VLTis modis ea quæ tu approbasti / ab hominibus improbãtur. Iccirco eorũ rationes ego in mediũ adducã: & tu ut cœpisti gratia tibi a dño concessa destrues & euelles quæ ipsi male ædificãt & plantãt. Quidã enĩ aiunt nos: qui tam cito sibi adhæsimus / leues esse: quia scriptũ est: Qui cito credit / leuis ẽ corde. Et tñ alibi scriptũ est Charitas oĩa credit / quo pacto ea tu cõciliares? BENI. Cito cre

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

dere ibi accipitur pro eo quod est credulũ esse uni cuiq; dicenti/& hoc est signum leuitatis siue parui experimenti. Graues enim uiri nõ mouentur cuius cunq; dicto/sed probant spiritus an ex Deo sint. Ci to igitur credere nõ capitur pro eo quod est subito uel breui ĩ tempore credere: sed ꝓ eo quod est absq; delectu cuicunq; credere. Grauis enim uir cito uiris probis credit: quia ratione imperceptibili eorũ dicta ueritati consẽtanea pependit: nec tamẽ cito credit/quia non ex quadam cõplexionis leuitate: sed ex di scretionis bonitate credit. Qui itaq; bonis bona rec ta ratione suadentibus & utilia credit nõ cito idest nõ leuiter: immo a rebus ipsis quasi allectus credit. Sensus itaq; illius auctoritatis eiusmodi est. Qui le uiter credit/leuis est corde/ac si diceret: ex effectu causa dignoscitur: & cor hominis ex his/quæ agit ꝑ penditur: Charitas autẽ omnia credit/& omnia spe rat: quia sine fide & sine spe nequit inesse. Fides aũt uirtus nisi omnia credantur/quæ sunt fidei non po test inesse/ neq; spes nisi omnia sperentur: Tunc ita procede. Charitas non est/si fides non sit: Fides aũt non est si omnia non credãtur. Igitur neq; charitas. Et ecõuerso. Si charitas est & fides: si fides & ipsum credere omniũ. Charitas igitur omnia credit: quia nisi oĩa credãtur ab homine possideri põt minime.

Caput VI. secundæ partis.

VBERTINVS

Accepi textum quendã decretaliũ epistolarũ esse/quo cauetur/ne talia prædicantibus cre datur/nisi signis & miraculis ea comprobent. Sed hic Vates noster non uidetur hoc dono ita expresse

hactenus claruisse. BENI. Illum textum nō posse recte cōtra ipm induci existimo: nempe nō prædicat noua dogmata sed antiqua miraculis iā & sāguine sanctorū multifariā cōfirmata. Futura uero prædicere pñt hoies absq; miraculis. Sūt. n. dona distincta: neq; oia signa ueritatē attestātur. Sicut ergo pseudo pphetæ interdū pmittitur facere miracula / ita ueris interdū nō cōceditur. Et multi Sancti nequeūt facere miracula: quæ tñ facere cōcessum sæpius est etiam malis hoibus. Multi enī ueniēt / inqt Saluator / dicētes: Dñe nō ne i noie tuo pphetauimus / & multas uirtutes fecimus? Quibus dicet: Amen dico uobis nescio uos: Discedite a me operarii iniquitatis. Ad hæc non obligamur uaticiniis aut quibuscunq; nouis dogmatibus fidē indubiā præstare: qualē præstamus dictis Apostolorū & pphetarū: nisi ea ueris & manifestis: quæ solius Dei uirtute fieri pñt is: q annuntiat / approbet & confirmet miraculis: nō tamē prohibemur sine signis eiusmodi uaticiniis aut doctrinis credere / mō illa nō sint sacræ scripturæ contraria & repugnātia. Qui itaq; Vati isti cōsentanea bonis moribus & fidei ortodoxæ prædicāti cōsentiūt / nullius culpæ labe inuoluuntur: q etiā nō ea crederent / quæ indifferētia sunt / graui peccato forsan nō tenerentur. Periculum esset de illis qui contēnerent & apte diuinæ gratiæ resisterent. Neq; uero prædicationis officiū a semetipo assumpsit / sed uocatus: de illis aūt præcipue ille textus (ut constat) loquitur. VBER. Si hic uates noster hæc oia: quæ a deo se accepisse fatetur / finxisset ob animarū zelū & populi Dei pfectū: ita ut nil inde nisi gloriā summi cōdito

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

ris & animarũ salutẽ expectaret/an illa fictio saluti suæ obesset: quã ob honorẽ diuinũ dũtaxat assump sisset? Ego qdẽ si id i eo cognoscerẽ/oẽm animi deuo tionem ab eo auerterem/nisi tu aliud cõsuleres.

¶ Caput Septimum Secundæ partis.

BENIGNVS.

hIC uir Vbertine/nosti/& humanas tenet & di uinas lrãs: & fidelis catholicus & ortodoxus ut cõstat/est. Et ea đ re nouit diuinã omnipotẽtiã: qui qñ uellet/etiã absq; prædicatoribus & pphetis mũdũ saluaret: & sciret atq; posset illã grãm quã ei dedisse uidetur/dare singulis: quis nõ sit consuetus nisi infima p media & media p suprema administra re & in se reducere. Nouit Deũ p pphetã minari pe rituros oẽs q locũtur mẽdaciũ. Nouit nõ esse facien da mala/ut ueniãt bona. Nouit illo i loco illaq; i se de nullum genus mẽdacii a graui peccato excusare: imo leuissimũ mẽdacium alias i cathedra euãgelicæ doctrinæ q̃grauissimum esse. Nouit mẽdacia nõ esse uiã ad ueritatẽ. Nouit summæ trinitati nil magis cõ trarium mẽdacio & falsitate. Nouit Deum summe abhorrere esse testẽ fallacẽ. Nouit Deum nõ indige re nostra sanctitate. Si enim bonus fueris/quid præ stabis ei? Nouit eiusmodi mendacium euertere fun damenta fidei christianæ. Si ergo Hieronymus ta lium esset seminator/primus in ipsum mitterẽ lapi dem: primus ignem succenderẽ. Esset enim omium peccatorũ horribilissimus: esset supra cunctos homi cidas & prædones flagitiosissimus. Satius sibi fuisset crassatorẽ hominũ q̃ prædicatorẽ fuisse: & breuibus similis Iudæ pditor extitisset. Quis igitur tam de

mēs: q ut aliquos saluet/se ipsū in baratri ꝓfundū submergat? Quis tam stultus: qui deū ipse blasse met/ut alii magnificēt? Quis tā excors: qui recōci liare inimicū uelit illi: quem ipse recōciliādo offen dat? Si ergo uates tuus simplex quidā & litterarum ignarus esset/eiuscemōi zelus mētē ipsius forsan tā gere potuisset/ neq; tñ excusasset. Vniuersa itaq; ta lia sunt a mētibus fideliū excludēda. Neq; de uiro probo & docto & a Deo sūmo nobis concesso existi manda. Hac i Siluana urbe/quā alii Epidaurū: alii Raghusiū uocāt/plurima de uiro dei quotidie fiūt colloquia. Et hi humanissimi ac præstātissimi ciues sunt suæ uitæ ac doctrinæ acerrimi ēt contra nōnul los qui isthinc adueniūt/defēsores. Florētiæ (ut au diuimus) habet aliquos obiurgatores. Hic solū di scipulos & præcipuos fautores. Omibus ex his hac luce clarius cōstat hunc uirū magna i ueneratione cunctis habēdū: quē ob dictas rōnes a deo optimo & æterno pro mentiū humanarū expiatione & illu stratione atq; sanctificatione transmissum iam absq; dubio credimus & fatemur.

¶ Caput primum. III. partis

VBERTINVS

t Ertium ex his quæ ꝓposui/ si enucleare lu beret/locus iam se se offert dicēdi. BEN. Tu scire cupis/& plurimi mirātur: Cur Deus pro phetā istū Florentiā potius q̄ Romā/ aut Mediola num/uel Venetias trāsmiserit? Quāuis uolūtatis ipsius non sit causa quærenda/sicut neq; cur potius ipsum misit q̄ alium: Cum sint & alii i Italia & doc ti & probi uiri: & si non essent/sciret Deus eos ut ta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

les essent extemplo modo uellet efficere.

¶ Pleriq; cogitāt Deū Florētiā ipsū iccirco misisse: quia ipsa præ cunctis italiæ urbibus periclitari uidebatur. Vnde & ꝓphetiæ nōnullæ de excidio & conflagratione ciuitatis extabāt. Missus ē ergo ut alter Ionas ne Niniue subuerteretur.

¶ Sunt ēt qui dicāt Florētiam supra oēs urbes doctore tali indiguisse: quia supra oēs peccatis extiterit deprauata: ut ubi abundasset maxima iniquitas/ibi supabūdaret & maxima plenitudo diuinæ gratiæ.

¶ Misit ēt uatē istū ad uos præcipue Deus/ut mihi uisū est/eo ꝙ nouerit ethruriā tuscāq; ꝓuinciā religioni deditissimā: cuius & primatu & dignitate religionis sēp prima extitit Florētia. Quāuis nanq; Sena illa uetus ciuitas Virginis & Pisa quondam maris dña: Lucaq;: Aretium: atq; Pistorium: & multæ aliæ urbes sint in ea nominatissimæ: Florentia tamē his temporibus cūctis præstat. Religiosum ergo uatem ad religiosā urbem destinari oportebat.

¶ Accedit ad hæc ꝙ ꝓuidit diuina sapientia locum uati suo conseruatiuum non corruptiuum. Locus enī natura ē cōseruatiuus locati. Posuit igitur eum suo ī loco naturali & sibi cōformi/ne usq; ad tēpora præordinata a diuina sapientia quicquam ei nocere posset. Si enim alio accessisset/non fuisset sibi concessus locus docendi neq; prophetandi neq; forsan uiuendi.

¶ Deinde cū hic uaticinetur aduentum Regis christianissimi ꝗuis non absolute/& Deus præuiderit illam solam urbem uero corde dicto Regi foedere ꝑpetuo iungēdam: aptior locus prophetiæ suæ cōce

di non poterat. Venient tamē dies & cito uenient: in quibus omni in urbe/imo & ī toto orbe & ab ipso & ab aliis hæc ueritas & prædicabitur & prædicata adesse demonstrabitur.

¶ Taceo ꝙ Florentinis hæc prius propalāda erant: qui sint uiuaciores & astutiores sēsu & ītellectu prudentiores/ut ipsis persuasis/facilius ceteri ꝑsuaderētur. Sunt nanq; Florentiæ acutissima ingenia: quod uel ex eo patet/quia etiam homines materna lingua satis egregie philosophantur. Quo fit ut iam prophetæ dictis & aduētui Regis renouatoris tāto tempore expectato hac sola ratione credatur/ qa uidelicet/Florentini credūt. Aiunt nāq;/si propheta ille falsus aut si Rex reformaturus ecclesiam nō esset uēturus Florentini prudentia innata id compertū habuissent & sagacius prospexissent.

¶ Taceo ꝙ Florētia sit ueluti cor Italiæ/si bene cōsideretur. A corde autē uita cunctis mēbris subministratur. Cor nāq; est sedes animæ omīa uiuificantis. Vt itaq; a corde uita īchoaret congruū & rationi cōsentaneū fuit. VBER. R. Septē hæ rōnes uidentur mihi septē cādelabra nostrā urbē illustrātia.

Caput secundum Tertiæ partis.

BENIGNVS

e ST Mihi tādē Vbertine huius missionis & alia spetialis causa: ingens uidelicet deuotio Florētini populi: Nam sicuti sæpenumero dicere solitus sum ciuitas ista & si ob populi multitudinē & patriæ amœnitatē maximam & quam nullibi uidi multis peccatis fuisset irretita: multis tamen immo plurimis erat sēp redimita uirtutum floribus:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

nullũq; ſcelus ibi reperi: Cũ tamen annis pluribus in ea docuerim prædicauerimq;/ quod in aliis urbibus uel æquũ uel maius nõ reperiſſem/bona tamen plurima in ea fieri agnoui/quæ nullibi eadẽ aut tanta fieri perſpexi. Aſcẽderãt credo/ut Cornelii illius orationes & helemoſinæ ſuæ uſq; ad thronum innocentiſſimi agni. Qui eĩm interfuit tot deuotiſſimis ſocietatibus ſiue(ut aiũt) ſcolis/ quarum numerus magnus & copia ingens ꝑ omnes urbis florẽtinæ ecclesias/præſertim illã ſancti Ioannis uel potius ſãcti Pauli nocturnã/proh Deus omnipotẽs/quot ibi gemitus:quot ſuſpiria:quot lachrymæ:quot deuotiſſimæ orationes:quot ſãctæ meditationes:quot propriæ carnis uigiliis & flagellationibus macerationes:afflictiones: & uolũtariæ caſtigationes: niſi expꝫtus nõ poſſet credere: Vbi in orbe ſimilia inuenies? Quid dicã de aſſiduis helemoſinarũ & ĩ domibus ciuiũ/& in illis aulis/quæ hoſpitalia uocãt largitionibus? Numera ſi potes. Sed quid ſi nõ eſſẽt Florentiæ niſi hæc tria: Sãcte Mariæ nouæ grãdis & in cunctis admirãda domus: Et pauperũ nobiliũ ſiue mendicare erubeſcentiũ ingens charitas: Et ſãctorũ innocentũ magna miſericordia: Quibus etiã conceſſus eſt a Deo innocẽtiſſimus prior tibi mihiq; apprime notus: cuius me orationibus cõmẽdabis. Sufficerẽt inq̃ hæc tria etiam grauiſſima extiguere facinora. Sicut enĩ aqua ignẽ/ita helemoſina extiguit peccata. Magna helemoſina quæ ardẽtiũ criminũ globos beniuolẽtiæ ſuæ fonte refrigerat. Quid de ſanctis muratis dñis ſeptuaginta & centũ: quarũ ſuſpiria & ſacræ meditationes & aſſidua pſalmodia ſola placare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

poterat sūmū opificē/ & prophetæ aduentū implo rare. Adde & illas de sciſſimo paradiso nostroq; mō ticello ad portā Romanā/ & alias turmas utriusq; sexus. His cōmotus supnus pater: his ꝓuocatus iu stus ille iudex, ad te primū o Florētia ut semp flore res/ sempq; florida esses/ ꝓphetā suū & ductorē uel ducē cordis tui misit. Vide quātum debeas sāctis ui ris/ quātū maioribus tuis/ qui ea quæ retulimus or dinauere. Nunc supest/ ut te gratam Deo tuo exhi beas/ ut monita salutis uatis tui nō spernas/ ut gra tiā tibi datā & tēpus uisitationis tuæ agnoscas. Fac ta es/ ut uides/ ciuitas peculiaris sūmi Dei. Tu uide ris nūc altera hyerusalē a sūmo impatore totius or bis electa/ & supra oēs castis āplexibus eius astricta. Deū oium tuū Deum uocari uides. Memor esto ad quātā gloriā ꝓuecta es/ ut iā iā uoceris gens sācta: ci uitas altiſſimi: populus acqsitionis: urbs regis: imo & reginæ cœli. Memēto coelestis uictoriæ: Neq; eā tibi aut fortitudini tuæ aut uiribus tuis aut prudē tiæ tuæ ascribas. Neq; ad te his plura. Est tibi doctor Est uates. Est pater aīæ tuæ. Ipsū audi. Ipsi indubiā ut facis: adhibe fidē: ciuesq; Siluanos siue Raghusi nos meos tibi esse deditiſſimos agnoscens ut fratres cōmendatos habeas.

¶ Caput. III. III. partis

VBERTINVS

t Ria mihi iterū ex te petēda pater cariſſime oc currūt/ primū an i hac futura ecclesiæ renoua tione putas pricipatū quoq; ecclesiæ renouandum: Deide quo tpre hæc renouatio icipiet. Tertio an ut solebas dicere eiusmōi xpianæ fidei uniuersalis uni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4

tas mille ānis sit duratura. BE. Mihi quidem ui
detur toto corde dilecte Vbertine Petri successor ui
carius xp̄i & pastor oīum hoīum semp futurus: Illi
enī claues uniuersalis iurisdictiōis: Illi agni & oues
totius ouilis cōmissæ. Et illud Vatis dictū: Abiecit
te deus o Roma/& Hierusalē iterū elegit: de uitæ
acceptatiōe & Romanorū uitiorū abiectione/nō de
auctoritatis apostolicæ mutatione intelligo. Sunt
qui eum ibi carpāt & mordeāt/eo ꝙ Roma sit elec
ta in regiam & pōtificiam ciuitatem: pro quo & pro
phetias & textus plurimos inducunt. Nos eis uni
co respondemus/ut audisti/uerbo. Sed de his hacte
nus. Dabitur tempus de propositis alias disputādi.
Habes apud te Vbertine: qui te hæc & maiora do
cere poterit: cuius charitati: cuiusq; sanctitati me in
dignū cōmittere sæpius non postponas. Hæc/ut ro
gasti/tuo pro spūali solamine & cæterorū fidelium
utcunq; Xp̄i gratia comite peregimus. Cui cū patre
& spiritu paraclito sit semper honor & gloria.

AMEN.

¶ GEORGII BENIGNI
Ordinis Minorum
Propheticæ Solutiones
impressæ p Ser Laurentiū
de Morgianis
VI. idus April. M.cccc lxxxxvii.
FLORENTIAE



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.6.4